



Theophili Raynavdi Societatis Iesv Theologi, Opera Omnia

Tam hactenus inedita, quàm alias excusa, longo Authoris labore aucta & emendata : Accessit Tomvs Integer Complectens Indices Septemdecim in vniversum Opus, omnium quotquot prodierunt locupletissimos, Qvibus Absolvts Divinae Av Humanae Eruditionis Thesaurus Orbi literato aperitur ; Adiectus est ...

Raynaud, Théophile

Lugduni, 1665

Svpplicatio Theophili Raynavdi, ad S. D. N. de Editione Trium Operum, quæ à S. Congr. Indicis emendata prodeunt cum Facultate Superiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79561)

S V P P L I C A T I O T H E O P H I L I R A Y N A V D I,
ad S. D. N. de Editione Trium suorum Operum, quæ à S. Congr.
Indicis emendata prodeunt cum Facultate Superiorum.

B E A T I S S I M E P A T E R

P. THEOPHILVS RAYNAVDVS Societ. IESV deuotissimus Orator S. c. V. hu-
millimè exponit, quod cum omnia opera à se olim variis diuersæ formæ tomis
iparsim composita, atque edita, typis denuò mandari curet, & infra sex circiter menses
sub forma nouendecim grandium Voluminum in lucem prodire debeant, nollet inter
cætera desiderari, tres singulares Tractatus, scilicet *de Martyrio per Pestem*, *de Commu-
nionem pro Mortuis*, & *de Confixione Librorum*, à S. Congreg. Indicis prohibitos. Quare
S. c. V. Grandæus author octogenario proximus humillimè supplicat, pro tot, ac tantis,
laboribus, in obsequium Ecclesiæ exantlatis, sibi deputari aliquem Virum doctum,
peritum, pium, ac minimè suspectum ex consultoribus Sacræ Congregationis, qui
postquam dictorum Librorum censuras, ex regesto eiusdem Congregationis, S. c. V. iussu
eductas, & sibi traditas diligenter, & accuratè discussit, ac ponderarit, illa
omnia fideliter adnotet, quæ ipsi expungenda esse videbuntur, vt hæc eadem in hac
secunda editione ab authore omittantur.

Quam Deus, &c.

Feria 3. Die 16. Septembris 1659.

IN Sacra, & Generali Congregatione Indicis Romæ habita in Palatio Apostolico
Quirinali coram Em. mis ac R. mis DD. S. R. E. Cardinalibus ad Indicem Librorum,
eorundemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in
Vniuersa Republica Christiana à Sanct. mo D. N. specialiter deputatis.

Cum nuper Sacræ huic Indicis Congr. à P. THEOPHILO RAYNAUDO Soc. IESV
Presbytero supplicatū humiliter fuerit pro facultate corrigendi tres Libros à se pridem
editos, atque ab eadem S. Congreg. prohibitos, vel suspensos, quorum Tituli. *De
Martyrio per Pestem*, *ad Martyrium improprium & proprium vulgare comparato Disquisitio
Theologica. Error Popularis de Communionem pro Mortuis, & Erotemata de Bonis, & Malis Li-
bris*, simulque idem institerit, vt sibi ratio traderetur ad cuius præscriptum corre-
ctionem huiusmodi rectè instituere, ac exequi oporteret, nec vllam à se moram,
quominus omnibus quæ Em. mis ac R. mis DD. visa fuerint suum obsequium accom-
modet, futuram ostenderit: Eadem; Sacra Congreg. collaudatâ prius pietate viri, refe-
rente Em. mo ac R. mo D. D. Cardinali Brancaccio, auditisque votis Consultorum ad
id specialiter deputatorum prædictam facultatem corrigendi dictos Libros à Patre
Theophilo petitam, omninò ei concedendam iudicauit, prout vigore presentis de-
creti benignè concedit, & impartitur. Libros autem prædictos ita correctos atque
emendatos S. Congregatio decernit ab omnibus retineri, ac legi atque iterum ser-
uatis seruandis imprimi posse. In quorum fidem, &c. Dat. Romæ in Palatio Aposto-
lico Quirinali die, & Anno supradictis.

Locus Sigilli

FR. HYACINTHVS LIBELLVS
S. Congreg. Secretarius.

Publicatum fuit hoc Decretum. Die 20. Martij 1664.

Omnia emendata sunt & Autographum seruatur in Archiuo Romano Soc. IESV.

A P P R O B A T I O